Gracias ago tibi benedicte dne ihu xpe
Quia tu es deus meus et saluator vere
Qui hora diei nona dilectionem tuam michi ostendisti
Quando propter me in crucis patibulo mortuus fuisti
lamentacionem mentis inestimandam planxisti
Quando hely hely lama zabathani dixisti
Deus meus deus meus ut quid me dereliquisti
Cum tamen deus tuus nunquam fuit separatus a te
Tu dulcissime dne pedes seruorum tuorum lauisti
Et pedes traditoris tui abluere et tergere non sprevisti
Rogo te dne per hanc humilitatem tuam habundantissimam
Ut repellas a me omnem superbiam et arrogantiam
Infunde cordi meo veram et perfectam humilitatem
Per quam ascendere possim sursum et ad celestem sublimitatem
O dulcissime dne eciam tibi libenter gracias dicerem
Si scirem si dignus essem ut sufficerem
Propter inestimabili et ineffabili dilectione
Quam michi in tua exhibuisti sacratissima communione
Et multorum sanctorum post resurrectionem tuam surrexerunt
O pye dne rogo te per mortem tuam amarissimam
Quatenus infundas michi tuam graciam benignissimam
Ut ita valeam te diligere et sic taliter seruire
Et post hoc exilium ad beatorum gloriam merear pervenire
Et omnibus nobis prestare digneris ut supra

Miracula de passione xpi et de dolore sue gloriose matris marie



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0249
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg